

FLORILEGIO DOCUMENTAL DEL REINADO
DE PEDRO IV DE ARAGON

(Continuación)

CXXVI

1348, Noviembre, 28. Segorbe.

Pedro IV de Aragón a Galcerán de Bellpuig y a Lope de Gurrea. Manifestándoles que, enterado de las cualidades físicas de las infantas Leonor y Eufemia de Sicilia y Blanca de Navarra ¹, elige para esposa a Leonor de Sicilia.

1131, folio 127 recto (muy deteriorado).

Lo Rey d'Arago

Fem uos saber que por persona digna de fe, la qual es fort priuada en la casa del rey de Sicilia e nostra, hauem entes que la infanta dona Leonor, germana del rey de Sicilia es mayor de persona que no era l alta dona Leonor, reyna d'Arago, de bona memoria, muller nostra molt cara, e que ha be XXI o XXII anys e que ha en la cara aquelles rojors que n ha la comtessa d'Ampuries e encara que li fus pas leig e que es que a com nerana e magra. E que l altra germana que ha nom Femia, es fort gallarda e que no a que dezir; mas es a nos de pochs dias que no a pus de XIII anys. E axi haut esguart a la estatura e a les fayçons de la filla del rey de Nauarra, la qual uos en Galceran nos hauets iusta e a les fayçons de la dita infantá dona Leonor, segons que damunt es dit e de la dita Femia haiats acort ensems e ab aquella maior diligencia que porets fer [...] poder d auer la dispensacio ab aquella que es pus bella. Dada en Segorbe, sots nostre segell secret, a XXVIII dias anats del mes de nouembre, en l'any de nostre Senyor MCCCXLIII.

Dominus Rex mandauit Matheo Adriani

Als nobles e amats Galceran de Bellpuig, majordom e Lope de Gurrea, cambrer major, cauallers, consellers nostres

¹ † en 1398. El 29 de enero de 1349 se enlazaba con Felipe VI de Valois, rey de Francia. Era hermana de la difunta reina de Aragón, María de Navarra.

CXXVII

1348, Diciembre, 31. Valencia.

Pedro IV de Aragón a Galcerán de Bellpuig y a Lope de Gurrea. Para que apresuren el casamiento de él con Blanca de Navarra o, en segundo lugar, con Leonor de Sicilia o con la hija de Eduardo II de Inglaterra.

1131, folio 168 vº (muy deteriorado).

Lo Rey d Arago

Reebuda uostra letra per la qual nos fahiets saber que uos dubtam nos fort que lo Sant Pare no uolgues dispensar entre nos e la infanta de Secilia ni la de Nauarra, parias ab Aemar de Mosset e ell [...] tractament de la germana de la reyna Johanna de Napolis ¹, uos responem que nos ja per altres letres uos hauemfet saber com nos ab uidua no fariem matrimoni ². Per ço com nostres altres pre decessors james no o acostumaren. Per que uolem e us manam, segons ja altra uegada uos hauem manat, que uos instets per hauer dispensacio ab la infanta de Nauarra e, si aquella no podets obtenir, ab la mayor de Secilia e ab la filla del rey d'Anglaterra. E en aço uolem que donets aquella mayor diligencia que porets, car a bona raho podets instar que ab la vna de les damunt dites haïam dispensacio. Car gran perill es de la nostra casa e de la cosa publica e de nostres sotsmeses, nos estar longament sens muller. Dada en Valencia, sots nostre segell secret, lo dia derer del mes de deembre del any de Nostre Sebyor MCCCVVIII.

Dominus Rex mandauit Matheo Adriani

Als noble e amats cauallers Galceran de Bellpuig, maiordom e En Lop do Gurrea cambrer maior, consellers nostres

CXXVIII

1349, Diciembre, 8. Valencia.

Pedro IV de Aragón que atienda a un enviado regio que va a comprar manteca y queso de vaca, de la parte de Jaca, para las Navidades.

1317, folio 30 verso.

El Rey de Aragon:

Pero Lopez, Sepades que enuiamos el portador de las presentes en las partidas de Jacca por perniles, manteca e quesos de vaccas. Por que uos manda-

¹ María que fué sucesivamente cónyuge de Carlos de Durazzo y de Roberto de Tarento.

² Don Pedro estaba lejos de imaginarse que llegaría el día en que se casaría con la viuda de un simple caballero.

mos que le dedes buena dreça en hauer e comprar las ditas cosas, en manera que encontinent nos las aduga por tal que los podamos hauer, assi como conuiene, pora fiestas de Nadal. Et en aquesto hauet diligencia e cura. El portador de las presentes, dara recaudo de dineros para pagar todas las ditas cosas. Dada en Valencia, a VIII^o dias de diciembre en el anyo de Nro. Senyor de mill CCC XLIX. Exa. Rodericus.

Idem

[Franciscus de Prohomine mandato regio facto per nobilem
Galcerando de Bellopodio, majordomum consiliarium]

Predicta littera fuit directa Petro Luppi de Jassa

CXXIX

1350, Septiembre, 9. Barcelona.

Pedro IV de Aragón manda liberar a Miguel Destiua y a la mujer de éste, quienes al regresar de una peregrinación al Santo Sepulcro, habían sido apresados por una galera de Valencia y vendidos como esclavos.

668, folios 102 recto.

Petrus, etc. Dilectis et fidelibus vniuersis et singulis officialibus et subditis nostris uel eorum locatenentibus ad quos presentes peruenerint. Salutem etc. Cum Michel Destiua, oriundus loci de Stiua, cuins uxore (sic) sua, recedendo a regno Sicilie et transfretando ad sepulcrum Domini per mare, capti fuerint per quandam galeam hominum ciuitatis Valentie et venditi etiam vt capti. Et nunc nobis in ciuitate Barchinone existentibus, ad solutionem coniugum predictorum asserentium se fore liberos et filios liberum, nos mandauerimus informationem recipi super eo. Idcirco cum per informationem ipsam constet ipsum Michaellem et vxorem suam, tempore dicte captionis et ante fore franchos et liberos et non seruos, alicuius vobis dicimus et mandamus quatenus ipsos et eorum quilibet, tanquam franchos et liberos permitatis abire ubicumque voluerint absque aliquo impedimento dicta captionis in aliquo non obstante. Et nichilominus si per quempiam capti detinerentur ratione predicta, faciatis eosdem restitui pristine libertati. Data Barchinone, nona die septembris, anno a natiuitate Domini M^oCCC^oL^o primo. Hugus, cancellarius.

Petrus de Gostemps, ex propositione facta per dominum episcopum cancellarium.

En el margen izquierdo :

Sine pretio quia pauper

CXXX

1350, Septiembre, 11. Perpiñán.

Pedro IV de Aragón concede salvoconducto a Mateo Fernández, del reino de Castilla, que se dirige a Roma para ganar la indulgencia del Año Santo.

1134, folio 156 recto.

Petrus, etc. Vniuersis et singulis officialibus nostris ac custodibus passuum et rerum prohibitarum in confinibus terre nostre constitutis, ad quos presentes peruenerint. Salutem etc. Cum Matheus Ferdinandi, de regno Castelle, ad visitandum limita Beatorum Apostolorum de vrbe pro consequendo sacratissimam indulgentiam inpresentiarum accedat. Idcirco uobis et vni-cuique vestrum dicimus et mandamus, quatenus dictum Matheum Ferdinandi et familiam suam recipientes benigne eundem in eundo, transeundo et redeundo a terra dominationis nostre, permittatis exire, intrare, stare et abire libere et secure cum equitaturis, pecunia, auro, argento et aliis quibuslibet bonis suis prouidendo sibi, si per eum inde requisiti fueritis, sumptibus tamen suis, de securo transitu et conductu. Data Perpiniani, sub nostro sigillo secreto, III Idus septembris, anno Domini MCCC quinquagesimo. Hugus, cancellarius.

Sine pretio et sine elemosina, mandato domini Regis

CXXXI

1351, enero, 18. Perpiñán.

Pedro IV de Aragón concede en enfiteusis a Guillermo Judicis, sub baile de Puigcerdá, el palacio real de la villa, sito en la plaza de la misma y en el que se celebraban las Cortes, para vivienda de él y de su familia.

892, folio 140 rº-vº.

Petrus, etc. Fidelibus suis procuratoribus reddituum iurium comitatum Rossilionis et Ceritanie. Salutem etc. Oblate nobis supplicationis humilis per Guillelmum Judicis, sub baiulum nostrum ville Podil Ceritanii, series innuebat quod Nos dudum, pro aliquali satisfaccione et emenda dampnorum per eum sustentorum in agressioné quam in dicta villa fecit inclitus Jacobus de Montepelano, quondam, concessimus eidem vt cum vxore et familia sua, in hospicio nostro regio quod habemus in platea dicte ville, in quo curia teneri antiquitus conueit, posset habitare et morari, dum sibi fuerit vita comes. Et nunc perpendimus quod ipsum hospicium, existit in tam maximo ruine periculo, propter uetustatem ipsius multipliciter constitutum, quod

nisi eidem de celeri reparationis opere succurratur, tota antefati hospicii structura, videtur destructionis casui subiacere. Et propterea idem Guillelmus, nobis duxerit humiliter supplicandum ut cum ipse intendat et cupiat ipsum hospicium facere reparari, ut tute in eo valeat habitare sicque ipsum hospicium modici valoris et antiquitus, pro viginti solidis annuatim conduci consuevit, nos de solita clemencia eidem et suis perpetuo ad censum decem solidorum anno quolibet certo termino nobis exoluendorum ipsum hospicium in e(m)phiteosim dare et concedere dignaremur. Idcirco eius supplicationis ut pote juste fauente fauorabiliter et benigne, vobis dicimus et mandamus quatenus si est ita memorato Guillelmo et suis perpetuo ipsum hospicium sub et pro dicto censu anno quolibet, in emphiteosim concedatis ac/etiam stabiliatis. Nos enim in et sub forma predicta, vobis nuius serie super premissis comitimus plenarie vices nostras et facultatem omnimodam impertimur. Data Perpiniani, XVIII^o die januarii, anno a Natiuitate Domini millesimo CCC^oL^o primo. Vidit Jaspertus.

Franciscus de Guardioliis, ex petitione prouisa per Dominum Regem ad relationem Thomasium de Marciano, consoliarium. Visa per dominum Regem Fuxi.

CXXXII

1352, Mayo, 3. Huesca.

Pedro IV de Aragón, por consideración a las personas que concurren a la iglesia de Santa María de Salas, prohíbe a los vecinos de la calle de Salas, que alquilen sus viviendas, por espacio superior a una noche y un día, a gentes de mala fama.

673, folios 39 verso — 40 recto.

Petrus, etc. Fidelibus nostris vicinis carriere uocate de Sales, ciuitatis Osce ac eius confinium. Salutem et gratiam. Pro parte uestra fuit nobis humiliter demonstratum quod cum per dictam viam incedant et gradientur probi homines et mulieres, tan dicte ciuitatis quam aliunde qui concurrunt et ueniunt frequentius ad dictam ciuitatem per prelibatam uiam, transitum ad ecclesiam. Beate Marie de Salis in vigiliis et aliter comuniter faciendo, nonnulli et nulle ex uobis in uestris hospiciis tam dicte carriere quam aliorum vicorum ipsi contiguorum, plures homines et mulieres uiuentes inhoneste periculo in uestris hospiciis recipientes videlicet roguatores, istriones, et lenones et publicas meretrices, per quos in dictos hospiciis plura facinora comituntur. Cuius occasione requuntur ibidem iurgia, brice, necesse ei excidia personarum ex quibus nedum uicinis prelibate uie Verum etiam aliis personis transeuntibus, dampna plura inferuntur. Sane cum mulieres et personas prauis artibus

utentes et conuersatione honeste uiuencium deceat separari. Idcirco uolentes in premissis congruens remedio impertiri, uobis dicimus et expresse mandamus quatenus homines et mulieres inhoneste, uiuentes in hospiciis // uestris nisi dumtaxat per vnam noctem et vnam diem ex quo stiteritis ipsos et eas uiuere inhoneste nullatenus admitatis. Iniungendo nichilominus iusticie, calmedine, juratis cecesisque officialibus nostris predictę ciuitatis ue eorum locatenentibus ad quos presentes peruenerint, quod super premissis uobis in hiis prestant auxilium, consilium et fauorem. Data Osce, III^o diemaugusti, anno a Natiuitate Domini M^oCCC^oL^o secundo. Exa. Ro.

Jacobus de Berga, ex prouisione
facta in conilio ex consimili jam
factam per gubernatorem Aragonum.

CXXXIII

1352, diciembre, 3. Valencia.

Pedro IV de Aragón se queja al teniente del procurador de Ultra Júcar, de que el papel de Játiva se fabrica disminuido de formato y con pasta de mala calidad, y le ordena que adopte severas medidas para cortar tal abuso.

1066, folio 121. v^o.

Petrus, etc. Fideli domestico nostro Pedro Daudis, tenenti locum procuratoris ultra Xuquarem. Salutem et gratiam. Cum Sarraceni Xatibe qui faciunt papirum, minuerint formam papiri comunis siue minoris forme et etiam faciant, ut perpendimus, dictam papirum de mala pasta, fieri taliter quod cito et per se runpitur at tota licet eneruatur. Ideo uobis comittimus et mandamus quatenus, assumptis uobis duobus ex antiquioribus magistris dicti papiri, recognoscatis et visitetis omnes et singulos papirum facientes et eas formam minoris papirum saltem duobus digitis augmentari circumquaque et ipsam papirum de bona et vtili pasta fieri faciatis taliter quod dictus abusus omnimode euitetur e amodo seruetur forma per uos danda. Imponendo penam illis que contra fecerint uestro arbitrio super predictis, nostre curie acquirendarum et contrafacientibus et bonis eorum illa totaliter leuandam et exigendam per uos, totiens quotiens in predictis eos inueneritis delequisse. Nos enim in hiis vices nostras uobis comittimus cum presenti. Data Valencie tertia die decembris, anno a natiuitate Domini millesimo CCC^oL^o secundo. Exa. Rodericus.

Franciscus de Prohomine mandato
regio facto per vicecancellarium.

CXXXIV

1353, abril, 27. Valencia.

Pedro IV de Aragón, para premiar los servicios del escultor Aloy, ¹ le concede, vitaliciamente, la vivienda del castillo real de Tarragona, para habitarla con su familia, a condición de conservar en buen estado, y mejorar, el castillo y su techumbre.

896, folio 5 v°.

Nos Petrus, etc. Respectu seruitiorum per vos, magistrum Aloy, nobis promptissime impensorum, damus et concedimus uobis, dicto magistro, statum et habitationem castri nostri quod in ciuitate Terrachone habemus. Ita quod vos, dictus magister, dum vitam duxeritis in humanis, habeatis et teneatis dictum castrum cum uxore et familia vestris, pro statu et habitatione vestra, vos vero dictus magister pro concessione nostra huius teneamini condirectum tenere castrum predictum et eiusdem etiam cohoptas. Et nichilominus castrum predictum et cohoptas seu eorum opera, in aliquo meliorare et in nulle deteriorare. Mandantes per presentem cartam, baiulo nostro Cathalonie generali, vicario ciuitatis Terrachone predictae et aliis nostris officialibus et subditis quibuscumque, quod presentem nostram concessionem et gratiam, uobis inconcusse obseruent et faciant obseruari et non contraueniant nec aliquem contrauenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo pendentem munitam. Data Valencie, XXVII die aprilis, anno a natiuitate Domini M^oCCC^oL^o tercio. Hugus, cancellarius.

Dominus Rex mandauit michi.
Petrus de Tarrega
Vidit eam dominus Rex
Foix

CXXXV

1354, abril, 29. Barcelona.

Pedro IV de Aragón se queja al prior del monasterio de Santa Cristina de Somport de que desde la peste negra y quebrantando antiguos convenios, haya suprimido la consigación del capellán que en un castillo decía diariamente, una misa por el alma de los reyes de Aragón.

682, folio 19 recto.

Petrus, etc. Dilectis suis priori et conuentui monasterii Sancte Christine de Sumo Portu. Salutem et dilectionem. Ex parte alcaidi castri nostri de

¹ Fue autor de numerosas esculturas de los reyes de Aragón y con Jaime de Castalls labró la tumba de Pedro IV (Poblet).

Vnicastro, perpendimus quod uos, a citra tempore mortalitatum que per diuersa mundi climata, Diuino Iudicio, vigerunt, pensionem Cappellani nostri qui missam in capella nostra existenti in eodem castro, pro animabus nostrorum antecessorum regum Aragonum memorie recolende et nostra, assidue celebrat, quam eidem capellano, propter conuentiones initas inter predictos nostros antecessores et vos seu predecessores vestros, soluere annuatim tenemini atque dare, eique capellano soluere minus debite distulistis licet ad hec fueritis pluries, ut dicitur, requisiti, occasione cuius dictus capellanus, in detrimentum salutis dictarum animarum, prefatam missam desinit celebrare, de quo, si ita est, non modicum cogimur admirari. Propter quod vos instantius requirimus et mouemus quatenus jamdicto capellano nostro, vel cui volerit loco sui, prelibatam pensionem tam temporis preteriti quam // futuri, secundum dictas conuentiones, penitus exoluatis seu exolui faciatis. Alioquin officialem de Vnicastro vel eius locumtenentem, cum presenti requiramus ut ad predicta jure remediis rigide uos compellat. seu compelli faciat indilate, taliter ut dicto capellano, tam in dictis pensionibus quam in sumptibus et dampnis que ipsum propterea facere contingerit, de bonis vestris integre satisfiet. Et si quod absit, vos et dictus officialis, predicta neglexeritis, adimplere haberemus super hiis mediante iusticia providere. Cum hoc geramus plurimum cordi nostro ut diuinum officium in eadem capella, prout ordinatum fuit, continue celebratur. Data Barchinone, XXIX^o die aprilis anno a natiuitate Domini M^oCCC^oL^o quarto. Pontius uidit.

- Martinus de Quinto ex petitione prouisa per nobilem Poncium de Fonolletto, legum doctorem, regentem officium cancellarie

CXXXVI

1355, febrero, 5. Perpiñán.

Pedro IV de Aragón, a instancia de los suprapositos de los pañeros de Perpiñán, renueva una pragmática de Jaime II de Mallorca prohibiendo exportar del Rosellón y Cerdaña lanas hiladas.

684, folios 119 v^o-120 r^o.

Petrus, etc. Nobili et dilecto consiliario nostro Guillelmo de Bellera, gubernatori comittatum Rossilionis et Ceritanie uel eius locumtenenti. Salutem etc. In nostri constituti presencia suprapositi paratorum et textorum ville Perpiniani, humili petitione exposuerunt dicentes. Quod quauis illustris Jacobus, bone memorie, rex Majoricarum, pro utilitate rei publici ordinasset per eius pramaticam sancionem que data fuit Perpiniani, sexto decimo Kalendas madii, anno Domini millesimo CCC^o quinto quod nullus auderet extrahere seu extrani facere de comittatibus Rossilionis et Ceritanie,

nec etiam de terris Confluentis, Vallespirii et Baritani per terram aut per mare, lanam nec bodrons nec anines nec remes neque aliquam aliam lanam filatam uel ad filandum nec etiam estamen, sub pena confiscationis, prout hec et alia in instrumento sancionis predictæ sunt vidanda etiam nunc predicta sauctio per aliquos officiâles nostros minime obseruetur in euidens totius rei publice etiam ville Perpiniani preiudicium et notumentum etiam manifestum. Propterea dicti supraponiti nobis humiliter supplicarunt quod cum predicta in totius rei publice dampnum redundare viderantur, dignaremur eisdem de solita clemencia mesericorditer providere mandando eis obseruati sancionem supradictam. Ad quorum supplicationi instantiam uobis dicimus et mandamus quatenus euocatis ad hec quos uobis euocari videbitur // si reperitis predictam in utilitatem et commodum rei publice totius terre gubernationis uestre uel maioris parti ipsius potius quam in dampnis redundare per uestrum distiaictum inibeatis et provideatis taliter quod nulli ex subditis nostris seu alterius cuiusuis dominacionis liceat, extrahere seu extrahi facere de comittatibus et terris predictis, per terram aut per mare, lanam nec bodrons nec anines nec remes nec aliquam aliam lanam filatam uel ad filandum nec etiam estamen sub, amissionis dicte lane, pena quam nobis confiscandam erario nostro ducimus applicandam. Predicta vero dum tamen in utilitatem publicam redundant, ut prefertur, obseruari volumus quamdiu in nostro processit beneplacito voluntatis. Data Perpiniani, V^o die febroarii, anno a natiuitate Domini millesimo CCC^oL^o sexto. Exa. Ro.

Jacobus Castilionis, ex petitione prouisa*in consilio per dominum vicecancellarium

CXXXVII

1355, mayo, 15. Castro Caller.

Pedro IV de Aragón a Inocencio VI. En creencia de Bernardo de Thous y de Francisco Roma, que irán a Aviñón a solicitar la dispensa de parentesco para el matrimonio de Constanza, infanta de Aragón, con Luis, rey de Sicilia.

981, folios 84 v^o-85 r^o.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Innocencio, diuina prouidencia Sacrosante Romane et vniuersalis Ecclesie Summo Pontifici. Petrus, etc eius humilis filius et deuotus, pedum oscula beatorum. Sanctissime Pater, cupientes inclitam infantissam Constanciam, filiam nostram carissimam, cum illustri principe Ludouico Trinacrie, rege uelut fratre nostro carissimo, qui ex alta nostra regali prosapia traxit originem, matrimonio copulari non solum ea causa, ut dicta infantissa, filia nostra, eidem regi matrimonio jungentur, set ut ipsum Regem, qui si forte in sui adolencia, prauis ductus consiliis et tractatibus, a Sancte Matris Ecclesie obe-

dientia quomodolibet deuiasset, nostris inductionibus et tractatu, ad eisdem matris Ecclesie in humilitatis et obedientie spiritum gratiam reuerentiam deueniret, Vestre Sanctitati jam alia duximus humiliter supplicandum, vt super dito contrahendo matrimonio dignaretur Vestra Sanctitas dispensationis gratiam impertiri. Sane pie Pater, cum dictus Rex, nostris inductus precibus et exortationibus, super negotio dissensionis exorte inter illustrem Ludouicum et Johannam, Hierusalem et Sicilie regem et reginam, ratione pactorum inter illustres Regem et Reginam predictos ex ona parte, et dictum Trinacrie regem ex altera, initorum. Aspiciens Vestre Sanctitatis reuerentiam omnia Vestre Sanctitatis precepto e determinationi submiserit et innocencie sue premium a Uestra Sanctitate inuocando, suos procuratores cum sufficienti posse ad pedes Vestre Sanctitatis duxerit destinandos, videlicet dilectos consiliarios nostros Bernardum de Tous, militem, et Franciscum Rome, legum doctorem, quos ad eandem Sanctitatem pro dicta dispensatione quam admodum corde gerimus obtinenda, Sanctitati eidem prouidimus destinare. Ideo Sanctitati Vestre supplicamus humiliter et deuote, quatenus eadem vestra Sanctitas, hiis que dicti nuncii et consilarii nostri vel ipsorum alter pro parte nostra eidem Sanctitati retulerint, oraculo viue uocis dignetur fidem credibilem adhibere, eosque nostro et dicti Regis intuitu, benigne admittere et, super dicto contrahendo matrimonio, dispensationis premisse gratiam elargiri et supplicationes pro parte dicti Regis offerendas, ad exauditionis gratiam introire. Quum Nos, dicto facto matrimonio, operante Domino, facere et procurare intendimus cum effectum quod Rex ipse, sub vmbra alarum Sancte Romane Ecclesie, tamquam obedientie filius, permanebit et circa honorem et comoda eiusdem Sancte Ecclesie, perpetuis temporibus laborabit vt dicte Sancte Ecclesie valeat beniuolentiam et gratiam captare // seu etiam omnimode obtinere. Almam personam vestram conseruare dignetur qui cuncta proprio nutu disponit, per tempora plena annis. Datam Castro Calleri, die XV^o madii, anno a natiuitate Domini M^oCCC^o quinquagesimo quinto. Rex Petrus.

Provisa
Dominus Rex mandauit
Matheo Adriani ⁴

CXXXVIII

1355, noviembre, 10. Perpiñán.

Pedro IV de Aragón manda encarcelar a Pedro Cabrera y secuaces que con una galera armada en Romania, había asaltado a Archombaldo, señor de Bur-

⁴ Insertando copia de esta carta el mismo día escribía Pedro IV a los cardenales de Sabinen, Praenestin, Portuen, Santa Maria in Cosmedim, San Sixto, Santa Maria Transtiberim y San Juan y San Pablo (981, folio 85 recto).

bana y a Gutierre de Boscio, y compañeros, que regresaban de Jerusalén, robándoles.

684, folio 31 r^o-v^o.

Petrus, etc. Dilectis et fidelibus vniuersis et singulis officialibus nostris vbilibet constitutis ad quos presentes peruenerint. Salutem et dileccionem. Querulosam petitionem nobis oblatam pro parte nobilis Archimbaudi, domini de Burbane, et Galterii de Boscio, ac sociorum eorum suscepimus continentem. Quod pridem, ipsis uenientibus de Hyerolimitanis partibus cum pamfilo Brandi, obuiauit ipsis Petrus Cabrera, cathalanus subditus noster, patronus vnius galee armate in Romanie partibus, modo piratico discurrendo, et dictum panfidum cepit eneratum et quo noluit duxit furtiue Guidone Robern quondam de Brandis cum certis eius sociis in terra dimissis in quoquidem pamfido erant bona dictorum Archimbaudi et sociorum suorum, valentia inter peccuniam et res alias, florenos quingentos et vltra, ut fertur. Verum cum nos talia non possimus sicut nec debemus oculis conuinentibus pertransire. Quin potius ex regali officio ab alto nobis comisso, teneamur totius uiribus euitare et tales piratas malfactores virga iusticie corrigere et etiam castigare. Idcirco uobis et uestrum cuilibet, dicimus et mandamus quatenus vbicumque dictis Petrus Cabrera // et eius socios seu dicte piratice depredationis participes, inuenire poteritis, capiat et eorum bona emperetis et ipsos captos et eorum bona emperata teneatis a superius dictis taliter pro commissis puniendo in culpabiles si predictis inuenti fuerint, quod eis cedat ad flagitium et allis transeat in exemplum de ipsorum bonis dictis conquerentibus satisfaccione debita subsecuta. Dat Perpiniani, die X nouembris, anno a natiuitate Domini millesimo CCC^o quinquagesimo quinto. Exa. Ro.

Prouisa

Dominus Rex mandauit michi, Matheo Adriani

CXXXIX

1355, diciembre, 10. Perpiñán.

Pedro IV de Aragón manda que se proceda contra las meretrices infractoras de la ordenación del concejo de Daroca, que confirma, relativa al indumento y atuendo con que tales mujeres debía circular por la villa.

686, folio 80 recto-verso.

Nos Petrus, etc. Quia pro parte uestri, proborum hominum ville Daroce, fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum in dicta villa fuerit factum quoddam statutum et ordinationem per probos homines concilii eiusdem ville, ut dicitur approbatum, quo cauetur quod aliqua muller meretrix siue vilis con-

ditionis, non sit ausa, sub pena sexaginta solidorum Jacce, uel quod fustigetur per villam secum defferre in capite cohopturam similem aliis quas defferunt alie bone mulieres ville predictæ, et si defferunt capam, quod illam defferant sine aliis; et si portabunt pellices de corio quod portent ipsas in spatulis siue abrigadas et non inducantur eis et aliter, ut in dicto statuto latius dicitur contineri et alique mulieres, ex dietis meretricibus uel vilis conditionis, in odium et vilipensionem aliarum bonarum mulierum, dictam penam incurrere non uerentes, renuant observare, ut asseritur, statuti preuocatum, dignemur statutum uel ordinationem ipsam, tanquam rationabilem, de benignitate regia facere obseruari. Idcirco supplicationi ipsi in hac parte condescendentes, benigne, cum non sit decens // quod viles mulieres, equis vestibus siue cohopturis sicut et alie bone et honeste mulieres incedant, statutum et ordinationem predictam, ad nostri beneplacitum harum serie confirmamus. Mandantes firmiter et expresse iusticie, iudicis, juratis et aliis officialibus uestris, ville predictæ, uel eorum locatentibus, quod dictum statutum uel ordinationem obseruent et obseruari per quoscunque faciant, iuxta sui seriem, dum nobis placuerit, ut est dictum, et nichilominus penam predictam a mulieribus contrafacientibus exigant siue leuent et etiam exequantur et non contrafaciant uel ueniant aliqua ratione, aliter imputabiter merito culpe eorum. In cuius rei testimonium, presentem fieri iussimus, nostro sigillo munitam. Data Perpiniæ, Xº die decembris, anno a natiuitate Domini MºCCCºLº quinto Exa. Rodericus.

Martinus Egidii, ex petitione prouisa
in consilio per vicecancellarium
Prouisa

CXXXI

1356, marzo, 30. Zaragoza.

Pedro IV de Aragón dispone que los infanzones de Huesca contribuyan al sostenimiento de la Universidad ¹.

684, folio 177 recto-verso.

Petrus, etc. Cum nos, circa utilitatem et commodum totius rei publice et specialiter ciuitatis Osce intendentes, ordinauerimus et construerimus in ciuitate jamdicta, studium generale, vbi leguntur leges et canones ac alle sciencie artes, quibus Studentes nostri regni proficiantur. Cumque ipsum Studium, per habitatores dicte ciuitatis, absque adiutorio infançonum regencium officia dicte ciuitatis et aliorum in ipsa comorantium et eorum domicilia habent-

¹ Fundada en virtud de privilegio real expedido en Alcañiz el 12 de marzo de 1354.

tium sustineri non possint in spectis omnibus et expensis, quas vniuersitatem dicte ciuitatis sustinere et facere oportet. Ineo hauentes respectum ad predicta onera et expensas intollerabiliia et ex quo infançones dicte ciuitatis et eorum filii de jamdicti Studii prouectum sentiunt, sicut alii in dicta ciuitate comorantes. Tenore presentis, infançonibus regentibus officia dicte ciuitatis et alii in eadem comorantibus et eorum domicilia habentibus, dum tamen non sint nobiles aut milites curiam nostram sequentes, tradimus in mandatis quod contribuant // et contribuere ac exoluere contingentem, in missionibus et expensis in dicta ciuitate factis et fiendis, pretextu Studi generalis supradicti tamen ibidem per nos fundati et constructi, vt prefectur, aliter si predicta facere neclixerint, quod non credimus, gubernatori et justicie Aragonum aliisque vniuersis et singuliis officialibus nostris et eorum locatenentibus, mandamus per presentem quod dictos infançones et eorum bona, ad soluendum et contribuendum cum vniuersitate antedicta, ratione sustentationis Studii antedicti, compellant seu compelli faciant rigide et districte, dilationibus et exceptionibus seu excusationibus per infançones jamdictos in contrarium factis seu allegandis, obsistentibus nullo modo. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus, nostro sigillo munitam. Data Cesarauguste, XXX^o die marcii, anno a natiuitate Domini M^oCCC^o quinquagesimo sexto. Exa. Ro. Rex Petrus

Jacobus Castilionis, mandato regio facto per Geraldum de Palatiolo, consiliatium, ad relationem Bertrandi de Pinos Prouisa

CXLI

1356, julio, 15. Perpiñán.

Pedro IV de Aragón recomienda al doncel siciliano Pedro de Mesina, que regresa de una peregrinación al Santo Sepulcro.

899, folio 23 recto.

Petrus, etc. Venerabilibus et dilectis nostris prelatiis, prioribus et aliis personis ecclesiasticis quibusquis necnon nobilibus et dilectis personis ac officialibus vniuersis et singulis nostris et eorum loca tenentibus, ad quos presentes peruenerint. Salutem et dilectionem. Significamus uobis quod fidelis noster Petrus de Messina, domicellus insule Sicilie, filius Pauli Mormida, militis et seruitoris illustris Frederici bone memorie regis Sicilie, consanguinei nostri, qui nunc uenit de romiagio Sancti Sepulcri, de vltra mare, per nostram dominationem et diuersas mundi partes habet hinc et inde discurrere, quare vniuerses amicos nostros et deuotos, affectione rogamus ac uobis omnibus et singulis officialibus et subditis, districte mandamus, quatenus tractando ipsum Petrum de Mesina, domicellum et bona sua, honore nostri, fauorabiliter acque bene non permittatis eidem per quoscumque fieri seu inferri iniu-

riam, preiudicium seu grauamen, imo ipsum a quibuscumque oppressionibus et offensis manuteneatis ac etiam deffendatis. Et in testimonium premissorum, hanc cartam nostram sibi fieri iussimus, sigillo nostro appenditio comunitam. Data Perpiniani, quinta decima die iulii, anno a natiuitate Domini, millesimo CCC^oL^o sexto. Nostrique regni vicesimo primo. Petrus, cancellarius.

Jacobus Castilionis, ex petitione prouisa in consilio
per episcopum Oscensem, consiliarium

En el margen izquierdo : Sine pretio

mandato domini

Regis.

AMADA LÓPEZ DE MENESES.

(Continuad).